

Sigismundus Primus Rex Poloniae
Vladislao Regi Hungariae et Bohemiae
in Negotio dispensanda Sororis.

Serennissimo Principi etc.

168

Acceptimus Literas vestrae Mdis, quibus signi-
ficavit nobis, scripsisse literas ad Caesarem
Mdem, in causa matrimonij Illm^e Dominae
Sororis nostrae, expectareque indies, ea in re
ultimum suae Mdis responsum, spem tamen
modicam ex signis quibusdam habere, quod
eadem Caesarea Mdis, animum ad eam affini-
tatem inducat. Sed quando id per responsum
Mdis suae, clarius constiterit, videri non incon-
sultum Mdi vestro, ut Ipsa Illma Soror no-
stra, nuptui locaretur Illmo Domino Fride-
rico Duci Legnicensi, Serenissimo Rex, et Frater
amantissime, nos certe quemadmodum antea
sepe scripsimus vestre Mdi, parvam etiam
vel potius nullam spem, in Ipsa Caesarea Mde
cum ex Inducijs alijs, tum maxime ex hac Di-
uturna ejus cunctatione habemus. Et propte-
rea ne diutius Eiusdem Illmae Sororis nostrae
Connubium protendamus, sentimus, hac in re,

quemadmodum

quemadmodum et in ceteris omnibus, cum Ve-
stra inde, his praesertim causis, quas in literis
suis explicavit, ut Ipsa Illrma Soror nostra
Eidem Domino Duci Legnicen, Responsa vetur.
Rogamusque Indem Vestram, quam primum
ab Ipsa Caesarea inde Determinatum habu-
erit responsum, significare id nobis Dignetur,
vellemus enim ut par est, hanc rem prius cum
Brafata Sorore nostra communicare, animu-
que et sententiam Ipsius, perquirere, Licet mi-
nime Dubitamus, quod ea omnia, quae Vestre
Indi et nobis consulto et placita videbunt,
sit Ipsa quoque facili factura, Postquam ve-
ri responsum Brafata Caesarea Indi et Ipsi-
us Illrma Sororis nostrae voluntatem intel-
lexerimus, tractare cum eodem Ipso Domino
Duce Legnicen, De matrimonio ipso incipi-
mus, idque pro Dignitate nostrae Domus, cum
sua sententia et consilio Vestre Indi concludere
curabimus, Cujus Fraturno amori et gratiae
nos ex animo commendamus, Eandemque una
cum Perennis Liberis nepotibus nostris Cha-
rissimis, felicissime valere semper Desidera-
mus — Datur

